



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

Ecclesiastici I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

ECCLESIASTICI I.
Omnis Sapiencia à Domino DEO est.

Origenes Hom. XII. in Lib. Num.

QUID est, quod ait, Omnis Sapiencia à DEO est? Illud mihi sensisse videtur, quod omnis peritia, qua vel erga ARTEM aliquam vsui humano necessaria habetur, vel cuiuslibet rei SAPIENTIA dicatur à Domino data. Nam & Artes Mechanica, vt ARCHITECTONICA, Fabrilis, Nautica, Textrina, & eius generis alia originē habent à DEO, manantq; ab ARTE INCREATA, qua est in mente DEI. Sic Beseleel dicitur à DEO accepisse Sapienciam, id est, Artem ad excogitandum quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & are, Exod. XXXI. 3. Considera ergo quomodo à Domino est Sapiencia Fabrilis in quacumque materia; quomodo Musica, Geometria, Medicina, omnisq; alia. Denique vide, quia iure dici de omnibus ijs potest, quod & Fabrorum, & Nautarum, & Figulorum, & quorumlibet aliorum ab EXCELSo sit.